



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Item de prædestinatione. xxxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

riam. In hac extrema sententia notandum, quod de euangelio sumens testimonium, ait, prædestinatos malos in ignem æternum, eo quod dicturus est dominus in iudicio non soli bonis, ut percipient regnum sibi paratum à constitutione mundi, verum quod malis dicturus est. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Ex hoc enim approbat, quod iniquos & impios dominus prædestinaverit ad supplicium, ex eo quod illis dicturus est. Ite in ignem æternum. Vnde qui volunt dicere, quod pena prædestinata sit iniustis, non iniusti prædestinati sunt ad pœnam, viderint qualiter huius authoris dicta intelligant. Cui enim paratur pœna, is nimis preparatur ad pœnam.

Item de prædestinatione. Cap. XXXV.

**V**AIS vero ire nunquam Deus redderet interitus, si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum. Quia gusinus. nec Deus peccanti homini iuste inferret iram, si homo ex prædestinatione Dei cecidisset in culpam.

Item de prædestinatione. Cap. XXXVI.

**S**icut enim præscientia neminem compellit ad peccatum, cum utique præsicerit singulorum ante secula extermina peccata, ita quoque & prædestinationis eius neminem compellit ad pœnam. Licet & antequam nascatur, aliquis prædestinatus sit, si permansurus est in iniquitate ad pœnam.

Item de prædestinatione. Cap. XXXVII.

**S**icut enim nemo potest imputare Deo quod peccat, ita quoque quod peccatis puniendus fit. Peccat enim propria voluntate delinquens, puniendus est autem iusto iudicio iudicantis, & sicut peccati causa non ex Dei præscientia descendit, quia nullus idcirco peccat: quia Deus eum peccatum præsicerit, sed idcirco quia magis propriè concupiscentiae obedierit, quam præcepto prohibentis Dei à peccato. Ita quoque nullus idcirco ad pœnam vadit: qui in hoc in prædestinatione Dei ante fuerat. Ex eo enim quod præscitus est in peccatis permansurus, & sine pœnitentiae fructu, vitam præsentem terminatus, ex eo depatus est ad pœnam. Et sicut causa peccati concupiscentia est, quia magis obeditur voluntati carnis, quam præ-

Ex dictis  
Fulgētij.

Ex dictis  
Ambro.